

ter notam eius indigenciam donari curamus perpetuo possidendas dictam suam donacionem et ordinacionem in premissis et quolibet premissorum perpetuo tempore volentes obseruari ac super ordinacionibus huiusmodi yconomis qui pro tempore fuerit conscienciam onerantes In quorum omnium euidentiam Sigillum Nostrum cum sigillo Capituli nostri presentibus sunt appensa Actum et Datum Anno domini M^o CCC^o XL^o In festo Natiuitatis beate et gloriose virginis Marie.

3515. 1340 d. 8 Sept. Wårfruberga.

MARGARETA RÖRIKSDOTTER testamenterar 13 örtugland i Jäder, Arboga socken, och ett örtugland i Konungö, Westermo socken, till Juleta kloster, med förbehåll att 3 messor i hvarje månad skola läsas.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis vel auditoris MARGARETA RÖRIKSDOTTER salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volo vniuersis presentibus et futuris me racione testamenti mei et ob remedium anime mee et animarum parentum meorum defunctorum monasterio in iulutum quatuordecim solidos terre videlicet XIII solidos terre in villa iædher parochia arbugha, et I solidum terre in kunugxø parochia vestermo cum omnibus adiacenciis inperpetuum legasse Condicione tali quod quolibet mense dicantur tres misse vna de beata virgine altera de sancto andrea et tertia pro anima mea et omnium fidelium defunctorum parentum meorum et sic annuatim tali ordine procedendo, In cuius rei euidentiam pleniorem siggilla [o:—is] nobilium virorum. domini Nicholai abiorNSSøn. et domini vlphonis fratris eius. domini petri ioonSSøn. domini æringislonis andressøn vna cum siggillo meo et sigillis liberorum meorum. presens scriptum postulo roborari Actum et scriptum Anno domini M^o C^o C^o C^o Quatragesimo die natiuitatis beate virginis et in monte beate virginis.

Sigillen: N:o 1, Nils Abjörnssons (sparre, omgifven af 3 rosor); N:o 2, »S. Thordonis B» (båt); N:o 3 borta, remsan qvar; N:o 4, Æringisle Anderssons (båt); N:o 5, »S. Margarete Rørixdotir» (snebjergelke, öfver skölden M); N:o 6, fragment; N:o 7, »S. Petri Bondæ» (båt).

3516. 1340 d. 10 Sept. Lund.

Ärkebiskop PETER i Lund intygar att Peter Holmgersson hos Nils Birgersson pantsatt sina gods Skepparslöf, Isgranatorp, Mansdala m. fl. i Gerds härad för 150 mark lödigt silfver, Kölnisk vigt, som skola betalas d. 15 Aug. nästa år.

Registr. Eccl. Lundens. perg. pag. 211. *)

Omnibus presens scriptum cernentibus. PETRUS dei gracia lundensis archiepiscopus suecie primas. salutem in domino sempiternam Notum facimus vniuersis.

*) Detta jemte 9 andra bref af åren 1378 (4 st.) 1381, 1382, 1383, 1391, 1395 rörande samma egendomar, hafva varit intagna i en vidimation af Ärkebiskop Johan Laxman m. fl., enligt anteck-